



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] rapina sit peccatum specie differens à furto? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

138 QVÆST. LXVII. ART. IV.
quantum ad custodiam. Et id quod est per rapinam
ablatum, est rapiens; non simpliciter, sed quantum
ad detentionem.

ARTIC. IV.

Vtrum furtum & rapina sint peccata differentia
specie?

371

Inf. ar. 9.
73. art 1.
cor. Et ad
2. Et 2.
Cor. 12.
eo 13. fin.

A D quartum sic proceditur. Videtur, quod fur-
tum & rapina non sint peccata differentia spe-
cie. Furtum enim & rapina differunt secundum oc-
cultum, & manifestum. Furtum enim importat occul-
tam acceptionem, rapina vero violentam, & mani-
festam. Sed in alijs generibus peccatorum, occultum
& manifestum non diuersificant speciem. Ergo fur-
tum & rapina non sunt peccata specie diuersa.

¶ 2 Præterea, Moralia recipiunt speciem à fine,
1. 2. q. 1. vt suprà * dictum est. Sed furtum, & rapina ordinan-
a. 3. q. 2. tur ad eundem finem, scilicet ad habendum aliena.
18. art. 6. Ergo non differunt specie.

¶ 3 Præterea, Sicut rapitur aliquid ad possiden-
dum, ita rapitur mulier ad delectandum. Vnde & Isid.
li. 10. ca. dicit in lib. Ethymolog. * quod raptor dicitur cor-
ruptor, & rapta dicitur corrupta. Sed raptus dicitur,
sive mulier auferatur publicè, sive occultè. Ergo &
res possessa rapi dicitur, sive occultè, sive publicè
rapiatur. Ergo non differunt furtum, & rapina.

* c. 2. in
fi. 10. 5. SED contra est, quod Plilos.* in 5. Ethic. distin-
guit furtum à rapina, ponens furtum occultum, rapi-
nam vero violentam.

R E S P O N D E O dicendum, quod furtum, &
rapina sunt vitia iustitiæ opposita, in quantum aliquis
alteri facit iniustum. Nullus autem paritur iniustum
volens, vt probatur in 5. * Ethic. Et ideo furtum &
med 10. 5. rapina ex hoc habent rationem peccati, quod acci-
prio est inuoluntaria ex parte eius, cui aliquid sub-
trahitur. Inuoluntarium autem dupliciter dicitur, sci-
licet per ignorantiam, & violentiam, vt habetur in 3.
c. 1. 10. 5. Ethic. * Et ideo aliam rationem peccati habet rapina,
& aliam furtum; & propter hoc differunt specie.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod in alijs generibus peccatorum non attenditur ratio peccati ex aliquo involuntario, sicut attenditur in peccatis oppositis iustitiae. Et ideo ubi occurrit diuersa ratio involuntarij, est diuersa species peccati.

Ad secundum dicendum, quod finis remotus rapinæ & furti, idem est. Sed hoc non sufficit ad identitatem speciei: quia est diuersitas in finibus proximis. Raptor enim vult per propriam potestatem obtinere, fur vero per astutiam.

Ad tertium dicendum, quod raptus mulieris non potest esse occultus ex parte mulieris, quæ rapitur. Et ideo etiam si sit occultus ex parte aliorum, a quibus rapitur, adhuc remanet ratio rapinæ ex parte mulieris, cui violentia infertur.

ARTIC. V.

Vtrum furtum semper sit peccatum? 372

Ad quantum sic proceditur. Viderur, quod furtum *Inf. q. 118* non semper sit peccatum. Nullum enim peccatum *ar. 4. con.* cadit sub precepto diuino. Dicitur enim *Eccles. 15*. Nemini mandauit impiè agere. Sed Deus inuenitur *Et 2. q. 42* præcepisse furtum. Dicitur enim *Exod. 12*. Fece-*q. 2. ar. 4.* runt filii Israel sicut præcepérat Dominus Moysi, & *corp. Et* expolauerunt *Egyptios*. Ergo furtum non semper *mal. q. 10* est peccatum. *ar. 2. cor.*

¶ 2 Præt. Ille qui inuenit rem non suam, si eam accipiat, videtur furtum committere: quia accipit rem *princ. i. e-* alienam. Sed hoc videtur esse licitum secundum na-*sures. Et* turalem æquitatem, ut iuristæ dicunt. Ergo videtur, *c. si quis.* quod furtum non semper sit peccatum. *exira de furtis.*

¶ 3 Præterea, Ille qui accipit rem suam, non videtur peccare: cum non agat contra iustitiam, cuius æqualitatem non tollit. Sed furtum committitur etiam, si aliquis rem suam occulte accipiat ab altero detentam, vel custoditam. Ergo videtur, quod furtum non semper sit peccatum.

SED contra est, quod dicitur *Exo. 20*. Non furtum facies.

RE-